

Příloha

*Theologia universalis*

Prolegomena 3–20

rukopis Strahovské knihovny

sign. DG III 34

### 3. De principijs Theologiae.

Principia Theologiae hic vocamus locos Theologicos, sine argumentorum sedes, ex quibus Theologia suas desumit probationes, et in quibus propositiones seu conclusiones suas fundat, de quibus in particulari nunc agendum.

### 4. De verbo Dei.

Fundat se potissimum Univerſa Theologia in Verbo Dei, per quod intelligimus, omne illud, quod Deus sine per ſemet-ipſum, ſine per Angelos ſenſibiliter loquens hominibus revelavit, vel etiam interne atq; inſenſibiliter inſpiravit, quod illi deinde alijs tanquam Legati à Deo miſſi prædicarunt, vel ſcripto conſignarunt. Non enim voluntate humanâ allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines. 2. Petri. 1. Omnis ſcriptura divinitus inſpirata eſt inquit S. Paulus Apoſtolus 2. Tim. 3. et Prophetæ David: ſpiritus Domini locutus eſt per me et ſermo eius per linguam meam. 2. Reg: 23.

### 5. De Authoritate verbi divini.

Verbum divinum omnino certum eſt ac inſallibile, Et enim Deus Verax, non ſolum in cognoscendo, ſed nihil falſo poſſit cognoscere, ſed etiam in loquendo ſeu revelando, ita ut non poſſit mentiri. Adcoq; nec fallere nec falli poſſe. Sed de hoc plura inferius.

### 6. De verbo Dei ſcripto.

Verbum Dei ſcriptum, Biblia et ſcripturam antonomatiæ

appell  
Testam  
pach  
testa

Varie  
Hinc

expli  
lia;  
tales  
Auth

Tobia  
Apoſt  
ment  
sunt

Sapient  
ſ. A  
futur  
pheta

Canon  
fiat;  
tur a  
ture  
omne  
licet a  
Testam  
Exad

appellamus. Dividitur scriptura in veteris et novum Dei Testamentum. Dicitur vero testamentum, quia est quoddam pactum sine foedus scripto contestatum, Dei et Christi testatoris voluntatem et ordinationem continens.

## 7. Divisio librorum sacrae scripturae.

Varie denominantur à materia potissimum quam tractant. Hinc alij vocantur legales in quibus praecipue lex divina explicatur: tales sunt quinq; libri Moysi et 4. Euange-  
lia; alij appellantur historiales qui gesta narrant: tales sunt in veteri testamento liber Josue, Judicum, Ruth, libri Regum, Paralipomenon, Machabaeorum, Tobias, Judith, Job, et in novo testamento Acta Apostolorum; alij sapientiales qui sapientia docu-  
menta et moralis Doctrinae praecepta continent: tales sunt in veteri testamento proverbia, Ecclesiastes, Cantica Sapientiae liber et Ecclesiasticus. In novo Epistolae s. Apostolorum; alij prophetales, in quibus praecipue futura praediciuntur: tales sunt libri omnium Pro-  
phetarum, et Apocalypsis S. Joannis.

## 8. Qui sint libri Canonici qui apocryphi.

Canon non tantum regulam sed etiam Catalogum signi-  
ficat; dicuntur ergo libri scripturae Canonici, qui ponuntur ab Ecclesia in canone seu catalogo librorum scripturae divinae; sunt vero infra scripti, quamvis non omnes ante Concilium Tridentinum ab omnibus catho-  
licis aequaliter fuerint recepti.

Testamenti Veteris quinq; libri Moysi, id est Genes, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judicum

cos, sine  
desumit  
lusiones suas

erbo Dei, per  
e per semet-  
omnibus  
er inspira-  
Deo missi  
enim  
pheta, sed  
i homines.  
ta est  
propheta  
et sermo

i.  
libile, Est  
et nihil  
seu reve-  
e fallere

onomastice

Ruth, quatuor Regum, duo paralipomenon, Esdrae primus, et secundus qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Esther, Job, psalterium dauidicum 150. psalmorum, parabola Ecclesiastes, Anticum Anticorum, Sapientia Ecclesiasticus, Isaias, Jeremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim propheta minores: Id est Osea, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, duo Machabeorum primus et secundus.

Testamenti noui quatuor Euangelia: secundum Mattheum, Marcum, Lucam, et Joannem; Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti, quatuordecim Epistolae Pauli Apostoli: ad Romanos duae, ad Corinthios, ad Galathas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duae ad Thesa- lonicenses, duae ad Timotheum, ad Titum, ad Philemo- nem, ad Hebraeos, Petri Apostoli duae, Joannis Apostoli tres, Jacobi Apostoli una, Jude Apostoli una, et Apoca- lypsis Joannis Apostoli. Hi omnes libri à Concilio Tridentino sess. 4. decreto de canonicis scripturis enu- merantur, eosque integros cum omnibus suis partibus ab omnibus fidelibus recipi sub anathemate idem Concilium demandat. Libri apocryphi seu incerti vocantur, de quibus nondum pro certo constat quod sint canonici, et facis divinae scripturae libris accensendi, etiam si nullus in ipsis manifestus error aut falsitas deprehendatur. Tales sunt 3 libri et 4 libri Esdrae, 3 libri et 4 libri Machabeorum, oratio Manasse, Psalmus 151. Appendix libri Job, et plures alij quorum pauci amplius extant.

9. Omnes Scripturae libri memoriae facilitandae causa versibus comprehensi.

Quinq; libri Moysis, Josue, cum Judicibus Ruth.

Post libros  
Tobias, Ju  
Proverb.  
Is, Jerem  
Abdi, J  
Jude Mac  
Ro, Cor, G  
Jacobi, Pe

10.

Author f  
qui res in  
inspiratio  
Causa Jnd  
Pentab  
quod à Jos  
Liber J  
quamvis v  
maximè q  
cernunt.

Liber J  
sicut etia  
Libri q  
seripsit Sa  
agitur.  
vel eius lo  
ab Isaias et  
quedam ad  
Libros

Verifimiliter  
Primum  
Librum Jo

n, Esdrae  
Tobias Judith  
psalmodum,  
w, Sapientia  
ch, Ezechiel,  
est Osea, Joel,  
Habacuc,  
r, duo

indum Matthaeum  
postolorum à  
Epistola Pauli  
ad Galathas,  
duo ad Thessa.  
m, ad Philemo:  
Joannis Apostoly  
na, et Apoca:  
i à Concilio  
scripturis enu-  
luis partibus  
ate idem  
seu incerti  
ndat quod sint  
is accensendi,  
r aut falsitas  
us Esdrae,  
ranase, Psalmus  
quorum pauci

facilitanda  
lensi.  
bus Ruth.

Post libros quatuor Regum sunt Paralip, Esdrae,  
Tobias, Judith, Esther, Job, psalmiq; Davidis,  
Proverb: Ecclesiastes, Cant, Sapientia Sirach.  
Is, Jeremi, Baruch, Ezechi, Dan, ose Joel et Amos,  
Abdi, Jo, Mi, Na, Ha, Soph, Agga, Zachar, Malachias, 2  
Iude Machabaei mox Evangelia et Acta.  
Ro, Cor, Gal, Ephe, Phi, Colo, Thessa, Ti, Tit, Phil, Hebraei, 3  
Jacobi, Petri, Joan, Jud, et Apocalypsis.

omnes  
Propheta

omnes Epistola  
S. Pauli.

## 10. De authoribus librorum sacrae scripturae.

Author sine causa illorum principalis ~~aliquis~~ est Deus,  
qui res in illis scriptas hominibus sanctis per occultam  
inspirationem vel manifestam locutionem revelavit.

Causa instrumentalis fuerunt Prophetae et alij sancti.

Pentateuchum Moyses composuit, excepto capite ultimo,  
quod à Josue probabiliter fuit adiectum.

Liber Josue probabiliter ab ipso Josue fuit compositus,  
quamvis videantur quaedam ab alijs deinde fuisse addita,  
maximè qua mortem ipsius et res post illam gestas con-  
cernunt.

Liber Judicum probabiliter à Samuele conscriptus est,  
sicut etiam liber Ruth.

Libri quatuor Regum à diversis sunt conscripti. Primum  
scripsit Samuel usq; ad cap: 25. in quo de morte ipsius  
agitur. Cetera usq; ad finem libri 2<sup>di</sup> scripsit David,  
vel eius loco Nathan et Gad Prophetae. Tertius et quartus  
ab Isaia et Jeremia compositus est, cui postmodum Esdras  
quaedam adiecit.

Libros Paralipomenon ab Esdra fuisse conscriptos est  
verisimile.

Primum Esdra scripsit Esdras, secundum Nahemias.  
Librum Tobiae scripsit Senior, et post illum Junior Tobias,

finis tamen videtur ab alio quopiam adiectus.  
Librum Judith à Joachim sacerdote fuisse conscriptum est  
Verisimile.

Librum Esther Mardocheus una cum Esther composuit.  
Liber Job ipsum Job agnoscit authorem; quæ verò mortem  
Job concernunt, ab alio quopiam sunt adiecta.

Psalmos omnes centum et quinquaginta ab ipsomet Davide  
compositos esse videtur probabilius.

Proverbia, Liber Ecclesiastæ et Cantica Salomonem pro  
authore agnoscunt.

Librum Sapientia composuit sine idem Salomon, sine  
aliis ipso posterior sententijs quibusdam ex Salomone  
intextis.

Ecclesiasticum scripsit Jesus filius Sirach.

Primus et secundus Machabæorum probabiliter ab aliquo  
ex sacerdotibus vel Pontificibus conscriptus est.

Acta Apostolorum Lucas Evangelista composuit.

Cæteris novi testamenti libris authorum suorum nomina  
præfiguntur.

Præter hos libros in moderno scripturarum Canone specificatos,  
plures olim dabantur verè sacri et Canonici, qui temporum  
inuria perierunt. Sic in veteri testamento fit mentio  
Libri Samuel Videntis, libri Nathan Propheta, Voluminis  
Gad Videntis, Libri Ahia Salomonis, et Ado Videntis,  
Item trium millium parabolarum Salomonis, et carminum  
eius quinq; millium, quæ omnia perierunt. Ex novo  
Testamento desideratur Epistola Pauli Apostoli ad Laodi-  
censes, cuius ipse meminit Coloss. vlt. et forte alia  
ad Corinthios, cuius mentio fieri videtur in illis verbis:  
Seripsi vobis in Epistola i. Cor. 5. et plura fortassis  
alia Prophetarum et Apostolorum scripta intarierunt.

11.  
Famosa fu  
facta per  
Testamenti  
Inter quoru  
latio seu  
tamen tra  
S. Hierony  
ex Hebraeo  
illam Rom  
multis em  
mento pro  
testamenti  
psalmorum  
ronymo pri  
per S. Hiero  
Hebraeo in  
et per Ecles  
passim vltim  
Vetus hæc et  
Ecclesia prob  
predicationi  
et vlt nemo  
sumat. Tr  
rum. Per h  
adcoq; defac  
ad substantia  
12.

Tras sunt prin

## ii. De Versionibus sacrae scripturae.

Tametsi fuit olim Versio sacrae scripturae ex Hebraeo in graecum facta per LXX. Interpretes, quam Versionem, Vti etiam noui Testamenti libros Varij Authores in latinum translulerunt, Inter quorum translationes optima semper habebatur Translatio seu Versio quae appellabatur Italica seu Romana, quae tamen tractu temporis multis erroribus feccare cepit, donec S. Hieronymus omnium primus antiquum testamentum ex Hebraeo immediate in latinum translulit, et veterem illam Romanam Versionem, noui praesertim testamenti in multis emendauit. Vti statim capit, Ecclesia Veteri testamento propterea a S. Hieronymo fuit translatum, noui autem testamenti et quorundam librorum ex Veteri testamento, Vti et psalmodum Versionem antiquam retinuit, a Pius tamen Hieronymo prius correctam. Sic ex antiqua illa Romana Versione per S. Hieronymum reformata, et noua plurimum librorum ex Hebraeo in latinum facta translatione, Biblia sunt composita, et per Ecclesiam Vulgata; qua Vulgata Editione nunc etiam passim vti mur, Et Concilium Tridentinum decreuit: Vt Vetus haec et Vulgata Editio, quae longo saeculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, predicationibus et expositionibus, pro authentica habeatur, et Vt nemo illam reijcere quouis pretextu audeat vel praesumat. Trid. Sess. 4. in decreto de Editione sacrorum librorum. Per hoc tamen non reiecit graecos et Hebraicos fontes, adeoque, defacto licet ad illos aliquando recurrere, non tamen ad substantialem aliquam correctionem Vulgatae translationis.

## 12. De Vernaculis sacrae scripturae Translationibus.

Tres sunt principales linguae: Hebraica, graeca, et latina, quibus

conscriptum est

composuit.

et vero mortem adiecta.

et ipsomet Davide

Salomonem pro

Salomon, sine

et ex Salomone

illius ab aliquo

plus est.

et.

um nomina

anone specificatos,

qui temporum

nto fit mentio

e, Voluminis

ludo videntis,

is, et carminum

Ex nouo

ostole ad Laodi-

et forte alia

et in illis verbis:

lura fortassis

ta interierunt.

sacra scriptura primis fuit conscripta. De graeca et Hebraica non est dubium; quod latinam concernit, est valde probabile Evangelium à S. Marco Evangelista latino idiomate conscriptum fuisse. Eadem tres linguae in crucis Dominica titulo legebantur, per eandem etiam tanquam vniuersaliores fides potissimum fuit propagata, et diuina officia in iisdem communiter celebrata.

Potest nihilominus sacra scriptura etiam in alias vulgares linguas transferri, non tamen priuata cuiusquam, sed publicae Ecclesiae auctoritate; quod si fiat, magis fit in usum Cleri et sacerdotum, quam pro usu et lectione populi, nec enim secularibus indifferenter biblicorum lectio conceditur, ex qua propter hominum malitiam et ruditatem plus damni quam emolumenti in populo emergeret. Hinc bene ab Ecclesia statutum est, ut nemo sine licentia ab Episcopo vel Inquirente de consilio Parochi vel Confessarij in scriptis oblenta, sacram scripturam legat, emat, vel retineat. Quin et ipsis Regularibus eius lectio non nisi facultate à Praelatis ipsorum oblenta conceditur. Vide etiam Regulam Iudicis Librorum prohibitorum.

Nep̄ ille textus in Euangelio Joannis cap: 5. scrutamini scripturas quicquam in contrarium euincit. Non enim hoc ad omnes de vulgo dictum est, sed ad Phariseos et scribas, quorum professioni legis notitia congruebat. Non obstat etiam illud Pauli Apostoli Rom: 15. Quaecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, fatemur enim scripturam esse scriptam ad doctrinam populi, non tamen ut illam legat, sed ut audiat à Verbi diuini Ministris lectam et explicatam.

### 13. De sensibus sacrae scripturae.

Duplex est sensus sacrae scripturae: litteralis seu historicus,

et spiritus  
immediate  
rica. My  
verba, sed  
representa  
et Ezech.  
Mythicus  
Mythic  
et morale  
Theologica  
goricus co  
ritati.  
Allegor  
litteralem  
fidem vel  
Abraham  
ex libera  
populos, v  
annum ex  
sub seruit  
Anagog  
litteralem  
seu Ecclesia  
ps. 94. Q  
quiem mea  
miffam  
gogico vit  
Morale  
litteralem  
nem moru  
Ovderanor  
area fruge  
in sensu qu



et spiritualis seu mysticus. Literalis est qui significatur immediate per ipsa Verba, sine sint propria sine metapho-rica. Mysticus est qui non significatur proxime per ipsa Verba, sed per rem significatam illis Verbis. Hi ambo sensus representantur in libro illo scripto intus et foris Apocal. 5. et Ezech. 2. Literalis etiam tanquam externus corpori, Mysticus tanquam internus et secretior anima comparatur.

Mysticus subdividitur in Allegoricum, Anagogicum, et moralem seu Tropologicum. Et sicut sunt tres Virtutes Theologicae, Ita etiam tres mystici scripturae sensus. Allegoricus correspondet fidei, Anagogicus spei, Moralis cha-ritati.

Allegoricus est. Quando Verba scripturae praeter sensum literalem quem habent, significant aliquid pertinens ad fidem vel Ecclesiam militantem: sic quando dicitur Abraham duos habuisse filios, Unum ex ancilla et alterum ex libera, Deum allegorice significat, qui habuit duos populos, Unum Iudaorum ex Synagoga, alterum Christi: unum ex Ecclesia; hunc sub libertate Christi, alterum sub servitute legis Mosaicae. Vide Epist. Pauli ad Galatas. 4.

Anagogicus est, quando Verba scripturae praeter sensum literalem significant aliquid pertinens ad vitam aeternam, seu Ecclesiam triumphantem quam speramus. Sic illud ps. 94. Quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam. In sensu quidem literaliter terram promissam <sup>seu</sup> palatnam significat, in sensu autem Ana-gogico vitam aeternam, et interpretatur Apudolus Hebr. 4.

Moralis est, quando Verba scripturae praeter sensum literalem significant aliquid pertinens ad instructio-nem morum, vel officia charitatis. Sic ille textus Deuteronomij 25. Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas, sine et citat Apudolus triburantis, in sensu quidem literaliter de veris bobus intelligitur,

ca et Hebraica  
de probabile  
ate confesio:  
inice titulo  
cores fides  
idem com:

lios Vulgares  
am, sed pub-  
fit in vsum  
populi, nec  
conceditur,  
e plus damni  
bene ab  
ab Episcopo  
ry in  
vel reti:  
non nisi  
er. Vide  
n.

5. secubamini  
Non enim  
saos et  
ebat. Non  
Incuinqs  
fatemur  
opuli, non  
linini

historicus,

<sup>Morali</sup>  
in sensu autem mystico de Ministris Ecclesiae, quibus con-  
grua sustentatio à populo debetur. Vide Apostolum 1. Cor. 9.

Est ergo quadruplex scripturae sensus. Primus literalis,  
2<sup>us</sup> Allegoricus, tertius Anagogicus, 4<sup>us</sup> moralis. Qui  
omnes reperiuntur in hac voce Jerusalem. Haec enim  
literaliter significat urbem palestinae, Allegoricè Ecclesiam  
militantem, Anagogicè Ecclesiam triumphantem, moraliter  
animas hominum in hac vita. Eisdem quatuor scripturae  
sensus exprimunt Versiculi sequentes.

Litera gesta docet, quid credas allegoria,

Moralis quid agas, quo tendas Anagogia.

Qualibet sacrae scripturae sententia aliquem ex his debet  
habere sensum, imò et plures aliquando continet. Ex solo  
tamen literali sensu peti solent argumenta efficacia. Nam  
licet sensus mystici non sint contra fidem aut bonos mores,  
non tamen semper constat quod sint à Spiritu sancto intenti,  
nisi per aliam scripturam id exprimat.

Juxta eundem quaternarium emicuerunt in Ecclesia  
quatuor Doctores, S. Hieronymus in literali, S. Augustinus  
in allegorico, S. Gregorius in Morali, S. Ambrosius in anagogico

His sensibus addunt alij sensum accommodatum, quo  
Concionatores et S. PP. frequenter utuntur, dum Verba et  
historias sacrae scripturae rebus alijs accommodant, praeter  
scripturae vel sacri authoris intentionem: Et dum alicui  
sancto novi testamenti applicatur illud quod de Moyse  
dictum est: dilectus Deo et hominibus, vel illud Abraham  
Patriarchae praeconium Non est inventus similis illi, etc.

14. An scriptura sit tam clara ut expli-  
catione seu interpretatione non indigeat.

Affirmant hoc plures heretici, quod tamen esse falsum quoti-

diana comprobatur  
frequentius huius  
textuum exposi-  
et religionem quae  
quodam sensum li-  
num figura est  
iam in sensu li-  
tine iam redun-  
subintellecta.  
runt, multa  
multa praeterea  
quoque reperiuntur  
Paschalis in Ve-  
mare rubrum  
Ecclesiae, etc.  
tiones rerum  
et eodem corti-  
etiam laborem  
sagacissimi in  
turae historias  
Unus scripturae  
dicere, nec est  
difficultas; sic  
aliud nisi duo  
Apostolum Jo-  
aron quae pro  
Joannis. 20. S.  
cum adhuc ten-  
mentum ordo  
ex scriptura li-  
repugnancia, ca-  
thea Theologie  
à cap. 19. usque

nibus con-  
um i. cor. 9.

literals,

4. Qui

haec enim

in Ecclesiam

m, moraliter

or scriptura

v,

gia.

his debet

et. Ex solo

cacia. Nam

bonos mores,

sancto intenti,

in Ecclesia

? Augustinus

us in anagogico

atum, quo

in Verba et

t, prae-  
ter

dum alicui

de Moyse

ind Abraham

lis illi, etc.

expli =

igeat.

saluum quoti =

diana comprobata experientia: in explicandis enim scriptura locis  
frequentius hesitamus, hinc tot diversae imò et contrariae  
textuum expositiones et interpretationes, tot circa fidem  
et religionem quaestiones et controversiae. Nam primo  
quoad sensum literalem multa occurrunt in scriptura dictio-  
num figurae et terminorum aequivocationes, eademque vox  
iam in sensu literali iam mystico accipitur, iam specifica:  
tunc iam reduplicative, iam cum hac, iam alia distinctione  
subintellecta. Multi tropi et orationes figuratae occur-  
runt, multa metaphorae, allegoriae, hyperbole, Ironiae,  
multa praeterea orationes imperfectae ac praeposterae; Una  
quoque res aliam saepe diversissimam significat, sic agnus  
Paschalis in Veteri testamento mystice fuit typus Christi,  
mare rubrum Baptismi, manna Eucharistiae, Mons Sion  
Ecclesiae, etc. Et plures <sup>aliquando</sup> quando eiusmodi significa-  
tiones rerum diversarum imò et contrariarum sub uno  
et eodem cortice literae latent reconditae. Non paruum  
etiam laborem habent Viri quantumvis doctissimi et  
sagacissimi in annorum supputatione ad diversas scrip-  
turae historias invicem combinandas. Quia etiam  
Unus scripturae locus alteri frequenter videtur contra-  
dicere, nec est levis aliquando in ipso conciliandis  
difficultas; sic 3. Reg: 8. legimus in arca non fuisse  
aliud nisi duas tabulas lapideas, at iuxta Paulum  
et Apostolum In arca erat una habens manna, et Virga  
Aaron quae fronduerat, et tabulae testamenti, Heb: 9.  
Joannis. 20. Maria Magdalene Venit ad monumentum  
cum adhuc tenebrae essent Marci. 16. Venit ad monu-  
mentum orto iam sole. Vide plurima eiusmodi loca,  
ex scripturae libris conquisita, sibi quoad apparentiam  
repugnantia, conciliata tamen et concordata in Biblio-  
theca Theologica Dominici à St. Trinitate lib. 3. sect. 1.  
à cap. 19. usque ad caput 75.

Multa ergo in scriptura divina continentur intellectu et explicatu difficilia, ita ut de omnibus fere libris canonicis dici possit quod de S. Pauli Epistolis scripsit Princeps Apostolorum 2. Petri. 3. In quibus sunt quaedam difficilia intellectu, quae indocti et instabiles depravant, sicut et ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.

Idem ulterius potest ostendi Exemplo discipulorum euntium in Emmaus, qui scripturam non intellexerunt, nisi ad Christi Domini interpretationem. Luca. 24. Idem exemplo Eunuchi Reginae Aethiopiae, qui a Philippo interrogatus utrum intelligeret Isaiam Prophetam, respondit: quomodo possum si non aliquis ostenderit mihi? Act. 8. Exemplo pariter Apostolorum, qui multa eorum quae a Christo dicebantur non intellexerunt.

Quis tandem est qui omnia scripturae loca et prophetias de futuris temporibus multa Vaticinantes perfecte ac pro certo sciat explicare? S. Augustinus fateretur difficultimum intellectu sibi esse locum illum Apostoli: si quis autem aedificat super fundamentum. etc. 1. Cor. 3. August. lib. de fide et oper. cap. 15. et ib. quantum non exerceat doctissimorum ingenia liber Canticum, Prophetia Ezechielis de visione 4. animalium, LXX. hebdomadae Danielis, et Apocalypsis S. Joannis, quae plenissima est reconditis mysterijs, ac teste S. Hieronymo tot habet sacramenta quot verba.

Obijciunt Haeretici illud Psalmista praeceptum Domini lucidum ps. 118. lucerna pedibus meis Verbum tuum, ps. 118. Idem illum textum 2. Petri 1. in quo Dei sermo comparatur lucerna lucenti. Ergo inquit scriptura clara est et non obscura. Ad haec respondetur scripturam dici lucidam, quia continet multa clarissima praecepta, quibus viam virtutis et salutis nobis demonstrat, quamvis plurima quoque obscura contineat. Sic etiam explicari debet ille locus 2. Cor. 4. Quod si etiam opertum est Evangelium

nostrum, in ijs qui huius saeculi excecatis illis illuminatio et farij deducant ferunt non fidelibus. Sed delibus, quia non enim excecatis. Vident tamen obfcurum scripturae locum in interpretatione legis Evangelij. Voluit autem Dominus magis non tantum patere; si enim et aperta, non habet

15. Vnde

Cum scriptura sit obscura et controversa dicitur hic quis illam legitime interpretari non potest esse in suis textibus de valde sit ac difficile obscurum et et obscurum explicari haereses suas adeo et et eodem non possunt care. De multis nullum haberi potest orationum numero, est; cum etiam in et Index debeant

Intellectu et  
his canonicis  
necesse et postea =  
difficilia in =  
fient et caeteras

orum euntium  
, nisi ad Christi  
templo Eunuchi  
Illum in =  
do possum si  
pariter et postea  
tur non in =

prophetias  
lectae ac pro  
difficillimum  
nis autem  
Augusti. lib. de  
ceret doctifi.  
Ezechielis de  
rielis, et  
his mysterijs,  
not Verba.  
tum Domini  
tum, ps. 118.  
amo compa =  
phura clara  
phuram dici  
epta, quibus  
omnis plurima  
debet ille  
Evangelium

nostrum, in ijs qui percutunt est opertum, in quibus Deus  
huius saeculi excaecavit mentes infidelium, ut non fulgeat  
illis illuminatio Evangelij gloriae Christi. Ex quo Aver-  
sary deducunt scripturam folis infidelibus esse opertam,  
non fidelibus. Sed respondetur ideo dici opertam esse infi-  
delibus, quia non vident neque credunt eius veritatem, sunt  
enim excaecati. Fidelibus autem est discopertum, quia  
vident tamen obscure illius veritatem. Aliqui praeser-  
tim scripturae locum non de scriptura sacra, sed de predi-  
catione legis Evangelicae intelligunt.

Voluit autem Deus scripturam esse obscuram, ut tanto  
magis non tantum a fidelibus, sed etiam infidelibus sus-  
piceretur; si enim omnibus ipsam legentibus clara esset  
et aperta, non haberet tantam admirationem.

### 15. Unde petenda scripturae divinae inter- pretatio.

Cum scriptura sit obscura, et proinde frequentius oriantur  
dubia et controversiae in quo sensu debeat intelligi, quaeritur  
hic quis illarum controversiarum sit iudex et scripturae legitimus  
interpret? Inquis iudex et interpret  
sui non potest esse ipsa scriptura divina, cum enim illa  
in suis textibus diversissimos admittat sensus, et obscura  
valde sit ac difficilis, si seipsam semper explicaret, diffi-  
cile obscurum et ambiguum per aliud difficile ambiguum  
et obscurum explicaretur. Nec heretici contrasentientes  
hereses suas adeo claris scripturae textibus adducere possunt,  
ut eisdem non possimus in alio nobis fauente sensu expli-  
care. De multis etiam controversijs ex ipsa scriptura  
nullum haberi potest testimonium, E. D. de librorum Cano-  
nicorum numero, ergo ad alium iudicem confugiendum  
est; cum etiam in omni Republica bene constituta lex  
et iudex debeant esse res a se invicem distinctae. Si

ergo scriptura non sufficit ad suam ipsius interpretationem,  
quaeritur quis illam debeat interpretari?

Dicunt Haereticis hunc Interpretem ac Iudicem  
esse spiritum cuiusque privatum, sine doctrinam à Deo cuiusque  
inspiratam. Contra Ecclesia Catholica, tametsi non negat  
dari multis à Deo gratiam interpretationum, negat tamen  
illam dari omnibus, et aserit illam potissimum in Romani  
Pontificis tanquam supremo Controversiarum Iudice vel  
Concilio per ipsum approbato residere.

Probatur hoc primo ex Veteri testamento Deuteron. 17.  
Si difficile atque ambiguum apud te iudicium esse perspexeris  
etc. Venies ad Sacerdotem Levitici generis, et ad Iudicem  
qui fuerit illo tempore. Aggai. 2. Haec dicit Dominus  
Deus exercituum: Interroga Sacerdotes legem. Malach. 2.  
Labia sacerdotis custodient scientiam, quia Angelus Domini  
Exercituum est. At si spiritus cuiusque privatus sufficere  
non fuisset opus homines mitti ad Sacerdotes intelligenda  
legis gratia. Impugnatur etiam spiritus ille privatus ex  
novo testamento, Paulus enim dicit: Alij datur per  
spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae, alij interpre-  
tatio sermonum, alij Prophetia, etc. 1. Cor. 12. Ergo non  
omnes gratiam habent interpretandi. Nunquid omnes  
linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Clarum  
est etiam illud 1. Petri: Omnia prophetia scripturae propria  
interpretatione non fit. 2. Petri. 1. Quod autem spiritus  
ille interpres principaliter resideat in Summo Pontifice  
infra suo loco fusius demonstrabitur.

Obijciunt adversarij, spiritum sapientiae cuilibet oranti  
à Deo esse promissum, ergo illius magisterio quisque privata  
scripturam absque alio adiumento poterit interpretari.  
Sic Lucae 11. dicitur: Quanto magis Pater Vester dabit  
spiritum bonum petentibus se. et Jacobi 11. Si quis  
Vestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus

abundanter. Resp. non  
spiritu interpretandi,  
spei, charitatis, et sapi  
Nec vllus petens certus  
an bene petat; fit enim  
petitis et non accipitis,

## 16. De Trad

Ad secundum Theologiae  
sive Verbum Dei non fuit  
traditum. Dixi primitus  
innotesceret, successu nam  
consignantur. Definiri quod  
lex sine doctrina aliquo  
et observatione humana  
pervenit posterorum.

## 17. Quotupl

Dividitur Traditio in di  
cam. Prima traditio  
ab ipso Christo et Aposto  
divina scriptura reperitur  
ab Apostolis Prima voce  
spiritus sancti, quamvis  
signatum. Ecclesiastica  
Ecclesiae Praelato, sine  
sunt originem, et per  
bata.  
Sunt etiam aliae tradi  
concernunt; aliae de n  
Aliae perpetuae, aliae t

abundanter. Resp. non esse in illis locis sermonem de spiritu interpretandi, sed de spiritu devotionis, fidei, spei, charitatis, et sapientiae ad salutem necessariae. Nec ullus petens certus est se illum habere quia nescit an bene petat; fit enim saepe quod Jacobi 4. dicitur: petitis et non accipitis, eo quod male petatis.

## 16. De Traditionibus.

Ad secundum Theologiae nostrae fontem pertinent traditiones, sine Verbum Dei non scriptum primitus, sed Viva Voce traditum. Dixi primitus hoc est cum prima Voce fidelibus innotesceret, successu namq. temporis etiam traditiones scriptis consignantur. Definiri potest traditio in genere, quod sit lex sine doctrina aliqua ore tenus tradita, qua memoria et observatione humana, quasi per manus, ad notitiam pervenit posterorum.

## 17. Quotuplex sit traditio.

Dividitur Traditio in divinam, Apostolicam et Ecclesiasticam. Divinae traditiones dicuntur, quae acceptae sunt ab ipso Christo Apostolos instruente, et nullibi in divina scriptura reperuntur. Apostolicae sunt quae ab Apostolis Viva Voce sunt traditae, ex inspiratione spiritus sancti, quamvis nihil de illis scripto sit consignatum. Ecclesiasticae sunt quae sine ab aliquo Ecclesiae Praelato, sine ab aliquibus de populo sumptae sunt originem, et per communem usum sunt approbatae.

Sunt etiam aliae traditiones de fide, quae credenda concernunt; aliae de moribus aut ritibus externis. Aliae perpetuae, aliae temporales; aliae univ ersales, aliae

...ationem,  
em ac Judicem  
trinam à Deo cuiq.  
tametsi non neget  
um, negat tamen  
formum in Roman  
um Judice vel

... Deuteron. 17.

... esse perspexerit  
is, et ad Judicem

... dicit Dominus  
legem. Malach. 2.

... Angelus Domini  
... prius sufficeret

... intelligenda  
... ille prius ex

... datur per  
... alij interpre-

... 12. Ergo non  
... Nunquid omnes

... interpretantur? Clarum  
... scriptura propria

... Quod autem spiritus  
... Summo Pontifice

... cuilibet orant  
... terio quisq. prius

... interpretari.  
... Pater Vester dabit

... obi. 11. Si quis  
... Deo qui dat omnibus

particulares; alia necessaria, alia libera.

### 18. De authoritate traditionum.

Eadem nobis debet esse authoritas traditionum divinarum, quae scripturae divinae; sunt enim aequè Dei Verbum sicut scriptura, quamvis non sint in charta vel membrana scripta seu consignata, quia scripturae nihil authoritatis Verbo Dei accedit, sicut nihil accedit authoritatis Verbali mandato Principis, si scripto mittatur. Traditiones Apostolicae, quas Apostoli spiritu sancto inspirante instituerunt, eandem habent authoritatem quam Apostolica scriptura. Traditiones Ecclesiasticae, vim habent Ecclesiasticarum constitutionum, et consuetudinis approbatae.

### 19. Traditiones in Ecclesia praeter sacram Scripturam necessario sunt admittendae.

Probantur Traditiones ex eo, quod multa sint quae credit Ecclesia tanquam à Deo dicta vel instituta, etiamsi nihil de ipsis in scriptura expressè contineatur. Talia sunt, quod scriptura quae dicitur sit Verbum Dei, et quod in ijs quae ad fidem et salutem pertinent falsa omnino maneat et incorrupta. Item quod Verum eius sensum beneamus, quod quatuor tantum sint Evangelista, quod symbolum fidei sit Verè canonicum et Apostolicum, quod spiritus sanctus procedat à filio, quod infantes sint baptizandi, quod baptizati ab haereticis rebaptizandi non sint, quod Virginitas non solum ante partum et in partu, sed etiam post partum Virgo permanferit, quod non pauciora nec plura quam septem dentur Ecclesia sacramenta à Christo instituta, quod haec determinatè forma et materia in illorum administratione sit usurpanda, quod Pascha Christianorum die Dominico fit

celebrandum, quod  
Apostolorum ministrum  
illa in nullo feruntur

Similiter Ecclesia  
libros qui in Canonibus  
habentur esse verè  
in Veteri Testamento  
remedium peccatorum  
et defacto quales  
lege Veteri traduntur  
ad traditionem  
plures scripturae  
in illa die dicebat  
terroga Patrem  
et dicent tibi.  
et diligenter in  
auribus nostris  
runt nobis.

nota ea facere  
filijs qui nascuntur  
filijs suis. Ecclesia  
rum, ipsi enim  
vetus ante Ecclesiam  
sed dispersa in  
ab omnibus conseruata  
traditiones sup

Jam si quocumque  
Vsq; ad legem scripturam  
inuenimus de  
tionibus tunc  
muniter tenet  
scripturam, ne  
bene autem quod



celebrandum, quae omnia et plura familia à Deo mediante  
Apostolorum ministerio nobis tradita credimus, quamvis  
illa in nullo scriptura divina libro expressa legamus.

Similiter Ecclesia Veteris testamenti, semper credidit  
libros qui in Canone scripturistico Iudeorum contine-  
bantur esse vere divinos, et à Deo inspiratos, quod tamen  
in Veteri testamento nullibi scriptum est; sicut neq[ue]  
remedium peccati originalis quod semellis adhibebatur,  
et defacto quale fuerit ignoratur. Iudeos etiam in  
lege Veteri traditione magis quam scriptura usos, atq[ue]  
ad traditionem frequenter à Deo remissos fuisse probant  
plures scripturae textus: Exodi 13. Narrabis filio tuo  
in illa die dicens hoc fecit Dominus. Deuter. 32. In-  
terroga Patrem tuum et annuntiabit tibi, maiores tuos  
et dicent tibi. Job. 8. Interroga generationem pristinam,  
et diligenter investiga Patrum memoriam. ps. 43. Per  
auribus nostris audivimus, Patres nostri annuntiaue-  
runt nobis. ps. 77. quanta mandavit Patribus nostris  
nota ea facere filijs suis, ut cognoscat generatio altera,  
filij qui nascentur et exurgent, et narrabunt ea  
filijs suis. Eccli. 8. Non te praetereat <sup>narratio</sup> generatio senio-  
rum, ipsi enim didicerunt à Patribus suis. Imò scriptura  
Vetus ante Esdram non fuit redacta in formam voluminis,  
sed dispersa in pluribus libris et chartis, et non potuerit  
ab omnibus commodè legi, cuius vicem Vetus Patrum  
traditiones supplebant.

Jam si quoq[ue] à Mundi primordio, scilicet ab Adamo  
usq[ue] ad legem scripturam Dei Ecclesiam consideremus,  
inveniemus doctrinam fidei et morum in solis tradi-  
tionibus tunc constituisse; à sanctis enim Patribus com-  
muniter tenetur, ante Moysen nullam fuisse sacram  
scripturam, nec de illa quicquam in Genesi legitur,  
bene autem quod Abraham praecepturus sit filijs suis

inam, quae  
fient scriptura,  
a seu consig-  
Dei accedit,  
Principis, si  
Apostoli spiritu  
authoritatem  
nastica, vim  
luctudinis

177  
la.

credit Ecclesia  
de ipsis in  
ad scriptura  
ad fidem et  
corrupta.  
quatuor  
si sit vere  
us procedat  
baptizati ab  
non solum  
in Virgo per  
in septem  
a, quod haec  
inistratione  
Dominico fit

et domui suae post se, ut custodiant viam Domini. Gen. 18.

Probantur secundo Traditiones ex Evangelio, in quo Christus ait discipulis: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Horum plurima post suam resurrectionem probabiliter discipulis suis revelavit, per dies quadraginta apparens eis, et loquens de Regno Dei. ut habetur in Actibus et Apostolorum. Plura etiam longe dixit et fecit quam scripta sint, unde illud Joannis 14: sunt autem et alia multa quae fecit Jesus, quae si scribantur, nec ipsum arbitror Mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

Probatur tertio textibus aliquot S. Pauli scribers Corinthi, Laudo vos inquit, quod sicut tradidi vobis praecepta mea tenetis. 1. Cor. 11. Accepi à Domino quod et tradidi vobis, et cetera cum venero disponam. Nullibi autem scriptum reperitur quid disposuerit, nec ullibi scriptum habemus nisi relative quae Corinthiis praecepta tradiderit. Sequens textus est clarissimus: Itaque fratres tenete traditiones quas accepistis sive per sermonem, sive Epistolam nostram. 2. Theosal. 2 ubi non tantum de scriptis, sed etiam de dictis traditionibus est sermo. Probatur tandem plurimis sanctorum Patrum auctoritatibus, quae apud Controversistas videri possunt.

## 20. Obiectiones Haereticorum contra Traditiones maxime humanas.

Obiiciunt primo illud Deuter. 4. Non addetis ad verbum quod loquor vobis, nec auferetis ex eo, Ergo sufficit nobis Dei Verbum, ut non sit opus ei superaddere vllas hominum traditiones. Resp. per illud Verbum intelligi praecepta caeremonialis et iudicialia, quae Deus Judaeis dederat; prohibet ergo omnem in iudicijs et caeremonijs excessum vel defectum contra legem illis praescriptam. Similiter intelligendum est illud Deuter. 12. Quod tibi praecipio

hoc tantum factis  
addendo videlicet  
ditiones etiam dicit  
Apostolica, contra  
per se, vel per  
dicit praecepit.

legem humanam  
praecepta data sunt  
adstruendo ad  
Et sic adversarij  
ergo se non circum  
praescripta non

Obiiciunt 2  
Angelus de Cal  
evangelisandum  
infra. Si quis  
accepistis, anath  
aliud velle, quae  
evangelisandum  
Deq. in scriptura  
contra usurpationem  
non tantum Pat  
praedicanit.

Obiiciunt 3  
audienti verba  
ad haec, apponet  
libro isto. Et  
phetiae huius,  
Ergo non licet  
consequentiam,  
apocalypicam  
augendo.

Obiiciunt 4

in quo Christus  
potestis portare  
probabiliter  
carens eis, et  
olorum.  
Unde illud  
ecit Jesus,  
capere posse

scribens Corinthi  
cepta mea  
lidi vobis, et  
em scriptum  
habemus nisi  
quens textus  
quas acce-  
2. Thessal. 2  
aditionibus  
Patrum  
posunt.

Verbum  
ecit nobis  
hominum  
precepta  
ederat;  
excessum  
militar  
precipio

hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam nec minuas,  
addendo videlicet ceremonias aut minuendo. Deinde tra-  
ditiones etiam dici possunt Verbum Dei, maxime divina et  
Apostolica, continent enim illa que Deus vel immediate  
per se, vel per Apostolos suos condidit, quorum iustis obe-  
dire precepit. Si quid etiam valeret hęc obiectio, omnem  
legem humanam e medio tolleret. Ne tandem, vel illa  
precepta data sunt solum Judais, et sic nihil valent pro  
adstruendo adversariorum intento; vel etiam Christianis,  
Et sic adversarij nihil deberent ex illis minuere. Cur  
ergo se non circumcidunt? cur alia ceremonialia ibi  
prescripta non observant?

Obijciunt 2<sup>do</sup> illud Pauli Apostoli: Licet nos, aut  
Angelus de celo evangelisat vobis preterquam quod  
evangelisanimus vobis, anathema sit. Gal. i. Et  
infra. Si quis evangelisaverit vobis preter id quod  
accepistis, anathema sit. <sup>Respondeo</sup> ~~Ille~~ textum Apostoli nihil  
aliud velle, quam ne audiant quemcumque contrarium  
evangelisantem illi doctrina quam acceperunt a Paulo.  
Neq; in scriptura quid novum est particulam preter pro  
contra usurari. Et ipse Paulus plura et plura quotidie  
non tantum Galatis, sed etiam alijs evangelisavit et  
predicavit.

Obijciunt 3<sup>to</sup> illud Apocal. 22. Contestor omni  
audienti Verba prophetia libri huius, si quis appoverit  
ad hęc, apponet Deus super illum plagas scriptas in  
libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri Pro-  
phetia huius, auferet Deus partem eius de libro vite.  
Ergo non licet scriptura traditiones adijcere. Resp: negando  
consequentiam, textus enim ille solum vult ne prophetiam  
apocalypsicam velle depravet, eius Verba minuendo vel  
augendo.

Obijciunt 4<sup>to</sup> illud 2. Tim. 3. omnis scriptura divinitus

inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigien-  
dum, ad erudiendum in iustitia, et perfectus sit homo Dei ad  
omne opus bonum instructus, ergo superfluum sunt traditiones  
Pessima consequentia. Quamvis enim illa sit utilis, etiam  
traditiones ad hoc utiles esse possunt. Nec ex eo quod pietatis  
E. G. dicatur ad omnia utilis 1. Tim. 4. quisquam bene  
argueret cetera omnia esse supervacanea.

Obijciunt tandem quaedam loca quibus traditiones videntur  
reprobari: Matth. 23. Curritur fecistis mandatum Dei  
propter traditionem vestram Coloss. 2. Videte ne quis vos  
decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum  
traditionem hominum. 1. Petri 1. Redempti estis de Vanitate  
vestra conversatione paterna traditionis. Resp. in praefatis  
locis sermonem esse de traditionibus Judaeorum, non  
Mosaicis sed pharisaicis, ~~non~~ <sup>minime</sup> necessariis et parum utilibus  
quibus etiam illi ad vanam gloriam abutebantur; Item  
de Traditionibus gentium, fidei Christianae repugnantibus  
non de divinis vel Apostolicis.

## 21. De Jure Pontificio seu constitutionibus Romani Pontificis.

De Romano Pontifice fusius infra suo loco tractabitur. Et  
interim suppono Romanum Pontificem ab Ecclesia acceptum  
esse verum ac legitimum Petri Successorem, Christique  
in terris Vicarium, Caput Ecclesiae, et supremum ac infal-  
sibilem Judicem omnium fidei controversiarum, cuius  
constitutionibus quisque fidelis parere tenetur, de quibus  
priusquam agamus, aliquid de Jure sine constitutionibus  
in genere hic erit tractandum.

## 22. Quid sit ius et quotuplex.

Omissis varijs acceptionibus Juris, respondeo Jus in strictiori

sensu acceptum idem esse  
et qualibet lex particularis  
et Corpus Juris ex legibus  
digestis conflatum. Jus  
est triplex: Jus naturale

## 23. Quid sit ius

Hoc à Justiniano definitur  
animantia docuit. Sic  
coniunctio, liberorum et  
Non datur tamen proprie  
legis quam rationis in  
iure natura censendum  
sensualitatis sua instinctu  
à ratione approbati. Et  
definiri potest, quod sit  
actiones quibus similes

## 24. Jus naturae et.

Primum est, quod iam  
illas actiones dicitur, quae  
inductu exercent. Sic  
quae soli homini sunt pro  
parentibus obediendum,  
servanda. Et hoc char  
primarum vel antiquarum  
gentium, quia ab omnibus  
primarum vero et anti  
gentium, et ad distincti  
de quo iam.